

nos exhibitores presencium, dominum abbatem et conuentum ordinis Premonstratensis in Tummathorp, dyocesis Lundensis, vna cum bonis suis omnibus et familia sibi attinente sub nostra pace et protectione suscipimus specialiter defendendos, dimittentes sibi omnia bona sua rure sita ab omni expeditionis grauamine, impetitione exactoria, inne, stuth, ceterisque solucionibus omnibus et seruitiis, ad jus nostrum spectantibus, libera pariter et exempta, hanc eisdem superaddendo gratiam specialem, quod omnes villici sui, coloni et inquilini, ceterique de ipsorum familia preter hafnas de excessibus suis tam xl:ta marcharum quam inferiorum jurium nostrorum cum friithkøop, exceptis drift, danaarff et hiis, que de naufragio prouenerint, sibi de cetero respondere debeant et nulli alteri quoquo modo. Vnde per gratiam nostram districtius inhihemus, ne quis aduocatorum nostrorum, eorundem officialium seu quisquam alius, cuiuscumque condicionis aut status existat, ipsos dominum abbatem et conuentum aut aliquem de ipsorum familia contra tenorem presencium audeat aliquatenus molestare, prout indignacionem nostram et regiam vitare voluerit vlcionem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Helsingburgis in presencia nostra anno Domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>xl<sup>o</sup>ix<sup>o</sup> die beati Marci ewangeliste.

4423.

1349 April 28.

Reval.

Riddaren Sten Turesson, konung Magnus' marsk, Gerhard Skytte, höfding i Finland, Bengt Faderrson och Martin, kallad Rotermunt, intyga att den ovänskap, som uppkommit mellan fogden i Reval Johan Wyttten och en sven Hinsekin Quaas, derföre att den senare af den förre blifvit straffad, blifvit bilagd och att Hinsekin svurit fogden urfejd.

Orig. på perg. i Rådsark. i Reval.

Tryckt efter B. E. Hildebrands afskr. i hans Saml. till Sv. Diplom.

Vniuersis presencia visuris seu auditoris Steno Thurson, miles et illustris principis domini Magni regis Swecie marscalcus, Gerhardus Scytte, capitaneus Finlandie, Benedictus Vaderson necnon et Martinus dictus Rotermunt salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium recognoscentes publice protestamur, quod molestia et pena per discretum virum Johannem Wyttten, ciuitatis Reualiensis aduocatum, vna cum suis sequacibus in quendam famulum, Hinsekinum Quaas nomine, perpetrata bona voluntate et animo diliberato eiusdem Hinsekini Quaas pro se suisque amicis et heredibus, tam natis quam nascendis, funditus cedata(!) est totaliter et sopita in modum subsequentem, ita videlicet, quod sepedictus Hinsekinus Quaas aut sui proximi seu amici nunquam inposterum tempore possint aut debeant predictum Johannem Wyttten vel suos heredes aut sequaces suos seu aliquem de ciuibus Reualiensibus racione premissarum causarum monere vel impetere seu aggrauare siue molestare modo aliquali, super quibus omnibus et singulis sepenominatus Hinsekinus Quaas rite et legaliter in nostra presencia coram honorabilibus viris dominis consulibus Reualiensibus in eorum consistorio simul consedentibus rite et legaliter cesodium fecerat, orueyde in wlgari dictum, et quia amicos non habuit, qui vna cum ipso et pro ipso manu coadunata pro antedicto cesodio

data fide promitterent, fidetenus idem Hinsechinus Quaas promisit suo juramento pre natis et nascendis firmiter et inuiolabiliter obseruandum. In cuius recognitionis et protestacionis testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Reualie anno domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>xl<sup>o</sup>nono feria tertia proxima post dominicam, qua cantatur misericordia Domini.

Sigillen borta.

Förut tryckt hos Bunge, Liv- Est- und Curländ. Urkundenbuch 2, n. 891.

4424.

1349 Maj 1.

Knut Bose pantsätter hos abboten Peter i Nydala sin gård Fiskvid i Svidnarums (Svenarums) socken för 40 mark penningar, men förbehåller sig rätt till återlösen, ifall han med lifvet kommer igen från Ryssland, och samma rätt för sina arvingar inom ett år, om han ej skulle återkomma.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presentes litteras inspecturis ego Kanutus Bose salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium constare volo vniuersis me curiam meam, dictam Fiiskvydh, in parrochia Svidhnarum sitam, cum omnibus adiacenciis, legaliter acquisitis, domino Petro abbati et monasterio Noueuallensi pro xl marchis denariorum totaliter inpignerasse, tali condicione prehabita, quod, si me antedictum Kanutum de terra Rutenorum vita comite reuenire contigerit, tunc eandem curiam pro dictis xl marchis denariorum resolvere in mea sit plenaria potestate, si vero non reuenero, tunc in proximorum heredum meorum sit eodem modo, vt premissum est, redimere infra annum plena facultate. Si autem dicti heredes mei memoratam curiam pro dicta pecunie quantitate infra annum a dato presencium elapsam resolvere non potuerint, tunc dicta curia memorato monasterio cedat perpetuo possidenda. In cuius rei memoriam pleniorum sigillum meum vna cum sigillo domini Andree, curati in Svidhnarum, presentibus est appensum. Datum anno Domini m<sup>o</sup>ccc<sup>o</sup>xl<sup>o</sup>nono die beatorum apostolorum Philippi et Jacobi.

På baksidan: parochia Swidnarum Fiskwidh.

Sigillen: n. 1 borta; n. 2 (andligt): s' ANDREE . .

4425.

1348 Maj 2.

Lund.

Peter Svensson, kanik och skaffare i Lund, skänker å nyo för sitt och sina föräldrars själågagn till det af honom till jungfru Marias, apostelen Andreas' och S. Laurencii ära bygda altare i Lunds domkyrka sin egendom i Vallåkra, en gård i Härslöf, två gårdar i Fiertherstadh (Fjerrestad) och en i Ramflöse (Ramlösa) med närmare bestämmelser rörande vilkoren.

Registr. Eccl. Lundens. perg. p. 170.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Petrus Swenonis, canonicus et cellerarius Lundensis, salutem in Domino sempiternam. Vt fidelium Christi deuocio fauente Altissimo feruencius accendatur et cultus diuini nominis donis pocioribus augeatur meaque fragilitas remissionem consequatur peccaminum, altare in honorem beatorum Marie